Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et qui venturus est. Et cum darent illa animalia gl'am hono-
rem et bn̄dictionem sedenti sup̄ thronum viventi in secula seculorum
procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno.
Et adorabant viventem in secula seculorum amen. Scd'm iohm.
In illo t'. Erat homo ex phariseis nichodemus nomine
princeps iudeorum. Hic venit ad ihm̄ nocte: et dixit ei. Rab-
bi scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest
hec signa facere que tu facis: nisi fuit deus cum eo. Respon-
dit ihc: et dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis natus
fuerit denuo non potest videre regnum dei. Dixit ad eum
nychodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex?
Numquid potest in ventrem matris sue iterum introire et
nasci? Respondit ihc. Amen amen dico tibi: nisi quis re-
natus fuerit ex aqua et spiritu non potest introire in reg-
num dei. Quod natum est ex carne caro est: et quod na-
tum est ex spiritu spiritus est. Non mireris quia dixi tibi:
oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat: et vocem
eius audis: sed non scis unde veniat aut quo vadat. Sic
est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nichodemus
et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respondit ihc: et
dixit ei. Tu es magister in israhel: et hec ignoras? Amen
amen dico tibi: quia quod scimus loquimur: et quod vi-
dimus testamur: et testimonium nostrum non accipitis.
Si terrena dixi vobis et non creditis: quomodo si dixero vobis
celestia credetis. Et nemo ascendit in celum nisi qui descen-
dit de celo filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses
exaltavit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium
hominis ut omnis qui credit in spiritu non pereat
sed habeat vitam eternam.